



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

8. De vtilitate religiosæ obedientiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

350 MEDITATIONES DE

In mundo aestimatur. Deinde si magni facis paupertatem & castitatem, pluris certe teneris facere obedientiam: paupertatis enim voto tantum obtulisti Deo bona externa, Castitatis tantum bonis & comoda corporis, ac obedientiae voto interna animi bona, quae longe praestant corporis fortunaeque bonis. Denique nullae maiores victoriae obtinentur in bello spirituali, quam per obedientiam. *Homo obediens, ait Salomon, loquetur victorias.* Cuius causa est, quia dum sponte se subiicit alieno imperio, vincit se ipsum. *Qui dominatur animo suo, ait idem fortior est expugnare urbium.* Quae victoria tanto illustrior est, quanto difficiliore certamine nempe contra naturam, obtinetur.

*Prou.
21.*

*Prou.
16.*

MEDITATIO VIII.

De utilitate religiose obedientiae.

I.

CONSIDERA ex praestantia obedientiae derivari magnitudinem meriti, & copiam fructuum. Nam obedientiae beneficium non solum omnia bona religiosorum opera meliora sunt, sed etiam quae per se nullius sunt meriti, sunt Deo grata & meritoria. ut ex obedientia comedere, ambula-

re ani-

VOTIS RELIGIOSORVM. 551

re animi gr̃atia, cubitum ire. Itaque recte comparatur obedientia virgulæ diuinæ, quæ omnia suo contactu in aurum conuertit. Copia fructuum autem indeliquet quod teste Gregorio. *Sola virtus sit obedientia, qua virtutes ceteras menti inserit, inserta que custodit.* ^{35. m. op. c. 10.} Cum enim Deus non patiatur se vinci à nobis officiis, consequens est, vt qui se suaque omnia à Deo donauit per obedientiam, eidem ipse vicissim se, suaq; dona spiritualia donet. Custodit autem alias virtutes, contra insidias demonum, quia nihil sibi confidit, nihil sibi tribuit, sed se suaq; Dei manibus quasi deposita committit, ex quibus nemo quicumquam rapere potest. ^{10. 10.}

2.
Considera, quod obedientia religiosum eximat ab innumellis molestiis & curis, quas quotidie experiuntur, qui in seculo suo arbitrato viuunt. Obediens enim omnium rerum suarum curam in humeros aliorum coniecit, & quasi infans aliorum vltis se gestari sinit, ac denique quasi dormiendo iter ad coeleste regnum facit. Superioris enim muneri incumbit, ei omnia necessaria tam in temporalibus, quam in spiritualibus suo tempore loco, & ordine prouidere. Ille patris, & matris,

Mem 4 magi

magistri, ducis & procuratoris vices subit, unde recte Climachus gradu. 4. *Obedientia, inquit, est perfecta abnegatio propria anima & corporis, mors voluntaria, vita sine sollicitudine, navigatio sine damno, sepultura voluntatis, est iter facere dormiendo, suo onere aliis imposito, & super aliorum. ulnas, ne mergaris, natare.*

3. CONSIDERA, quam grata sit Deo obedientia, & contra, quam inobedientia ingrata. Primum patet exemplo Abraham, cuius obedientia simplex fecit, ut non solum ipse, eiusque familia tota, sed omnes mundi gentes benedictæ sint in eius semine, ex quo natus est qui sua obedientia portas cœli ob inobedientiam conclusas patefecit. sic ut verè dici queat, omnia dona cœlestia, gratiasque & virtutes esse obedientiæ fructus. Alterum liquet ex inobedientis Adami primi parentis exitu, ille non solum ipse è paradiso terrestri exulare coactus est, verum etiam cum tota generis humani posteritate maledictioni factus est obnoxius. Omnes enim huius mundi curæ, anxietates, labores, ærûnæ, morbi, fames, sitis, egestas, bella, dolores partus, mors, omnis generis peccata sunt huius inobedientiæ effectus & pœnæ. Quæ
expiat

VOT
expiar
cundus
diens v
crucis i

ME
De X

1. D
2. De
3. De
4. De
5. De

1. De
2. De
3. De
4. De
5. De